

Nec illud minus absurdum, immo longe omnium absurdissimum est, quod Mizzaldus docet Ptolemei iudicium probans. Is enim non solum credit hasce exhalationes notas, sed si haec recta ferantur: neque deflestant, assentit esse malorum omnium signa. Erunt igitur Mizzaldo semper, & omnibus locis, omnes calamitates, famis, pestis, bellorum, terrae motuum, ferarum immanium, cum semper omnibus terris, & cunctis animali partibus, atque diebus istae obliquae siderum traiectiones existant. Sed haec ipsa quae ab omniveritate abhorrent, ferenda tamē sunt, si cum eo quod sequitur, coferantur. Haec audiāt omnes naturae studiosi, obseruet hoc unum Astrologiae cupidi, omnes demū cometā timentes hunc unum locū expendant. Ait Mizzaldus medicus physicusque, nubes ipsas à uaria planetarum uarios colores habere, unde asserit se ex ista colorum uarietate multiplices rerū euentus non raro prænūtiasse. Nemini, qui uel summis labijs physica gustarit, esse dubium potest, nubes omnes esse nebulas in aere densatas, nebulas autē ex vapore tenui esse, qui uaporī est a queus halitus lunae ac solis uiae terra in sublime elatus. Vna est materia semper nubium, discrimina sunt leuia, in loco, raritate, ac densitate, in ipsa quiete ac motu, nec nō in colore. Nec villa tamen ex ijs rebus à vi stellarum præcipua, & malorum euentrum effectiuè fit, sed à solo cœli calore, à materiæ diuersitate, à terræ & aquæ ratione, à uentis. Color autem nubium uarius est, cum propter situm tum propter earum uariam densitatem. In meridie, cum nubes pariter à sole illustratur (si tamen sit unus gradus nubium) albè omnes æquè apparent. Sed in ipso solis ortu & occasu uarie colorantur. Atque huius rei causa est nubium positus non unus, & gradus in aere multiplex. Nam proximæ soli nubes ualde rubent ac fulgent, remotæ uero minus. Fulgor enim corporis illuminati tum est maior, ubi minus à lumine abest. Liuor autē & obscuritas nubis à distantia ipsa fit solis.

Quod si Mizzaldus nubium colores obseruet sole sub luce.

A 4.